Quelle: https://manuscripta.at/?ID=42
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Benedic domine creaturam istam panis sicut benedixisti quinque panes in deserto. ut fideles tui ex eo gustantes accipiant tam corporis quam anime sanitatem. ℣ Exaudi nos Benedictio noue dom.

Benedic domine sancte pater omnipotens eterne deus. et mitte dignare sanctum angelum tuum de celis. qui custodiat foueat protegat uisitet et defendat omnes quiescentes et habitantes in isto habitaculo. ℣ Alia oratio.

Benedic domine deus omnipotens locum istum ut nobis sit in eo sanitas. sanctitas et castitas. uirtus. victoria. sanimonia. humilitas. et bonitas. mansuetudo et lenitas. et plenitudo legis. et benedictio dei patris et filii et spiritus sancti semper sit super hunc locum et super omnes habitantes in eo. ℣ Leta

Pater de celis deus. Alia oratio morientes. miserere animae famuli tui. Exaudi re deprecor miserere anime fa. tui